

*⟨Htz. Sigismund von Österreich an einen Kardinal an der Kurie<sup>2</sup>⟩. Er verteidigt ausführlich sein Vorgehen gegen NvK und bittet den Adressaten, beim Papst für ihn zu intervenieren. Geschildert werden die Vorgeschichte des Streits und die Ereignisse von Bruneck. Nachdem der Herzog in Mantua beim parteilichen Papst kein Gehör gefunden und NvK durch die neuerliche Verkündigung des Interdikts die Feindseligkeiten gegen den Herzog wieder aufgenommen habe, sei der Herzog gezwungen gewesen einzuschreiten. Er habe NvK aber nicht physisch bedroht. NvK habe wegen des massiven Missbrauchs der Kirchenstrafen selbst Strafe verdient. Außerdem habe er den Gottesdienst verhindert und dadurch den Volkszorn ausgelöst.*

Kopie (gleichzeitig): BRIXEN, DA, HA 7321 (Fragment).<sup>3)</sup>

Erw.: Scharpf, Cardinal und Bischof I 339–342; Hallauer, Bruneck 398 (ND 2002, 176).

(...) connicere, nisi quod fuisset desiderium suum, cum interdictum observaretur, quod tandem subdit mei a patria mea me repellerent. Sed quid ego feci? Cum aliqui de pace inter nos et concordia multa dicerent, tandem in dieta, que fuit in Brunegka<sup>4)</sup>, ad iusticiam palam me obtuli in rebus ecclesiasticis coram papam respondere volens, in temporalibus vero coram domino imperatore. Ipse vero, quia clerici dictum interdictum observare noblebant, quia clare videbant c. Felicis<sup>5)</sup> nec Cle. Si quis suadente<sup>6)</sup> locum minime habere, non contentus de via iusticie, quam sibi obtuli, ad aliud interdictum se convertit et dixit papam Calistum per bullam<sup>7)</sup> interdictum posuisse. Bullam tamen nec publicavit nec me per eam requisivit, sed propter suas comminaciones permotus appellavi ad papam melius informandum etc.<sup>8)</sup>

Ex post de eiusdem consensu materia concordiarum tractata fuit et treuge usque ad conventum  
10 Mantuanum prorogate.<sup>9)</sup> Ibidem coram papa de diffamacione mea lamentatus sum et de ablacione cure animarum.<sup>10)</sup> Ostendi scripta manus sue de illa diffamacione iniquissima.<sup>11)</sup> Sed quid ipse respondit? Se me non nominasse. De cure animarum ablacione eciam mendaciter dicere ausus fuit coram papa, quia solum clericis ignotis et peregrinis seu mercenariis abstulisset, sed non veris pastoribus. Ulcio apostolica tunc merito in eum sevire debebat, sed heu nimis favorabilem iudicem habuit. Non minus tamen  
15 iusticiam obtuli et ad querelas suas paratus fui respondere. Maior fuit querela sua de feudis. Obtuli me recipere eo modo, quo genitor meus a suis predecessoribus receperat.<sup>12)</sup> Eciam quia a papa non fuit ad

<sup>1)</sup> Der Text setzt die Kenntnisnahme des mehrfach wörtlich zitierten Breves Pius' II. an Ks. Friedrich III. vom 13. Mai 1460 (s.o. Nr. 6213) voraus (s.u. Z. 42, 70 und 73) und erwähnt die am 1. Juni 1460 erfolgte Kasation der gegen die Eidegnossen angedrohten Sanktionen, sollten sie den Frieden mit Htz. Sigismund brechen (Nr. 6233; s. Z. 87f.). Der Text geht jedoch noch nicht von einer bereits erfolgten Verurteilung Htz. Sigismunds aus (s.u. Nr. 6281). Vermutlich wurde er dem herzoglichen Gesandten Lorenz Blumenau mitgegeben, damit dieser an der Kurie um Unterstützung werben konnte.

<sup>2)</sup> Dies lassen die Anrede und die an den Adressaten gerichtete Handlungsaufforderung vermuten; s. Z. 134f.

<sup>3)</sup> Der Text wurde von der Hand des Peter von Erkelenz geschrieben, der sich damals bei NvK in Siena aufhielt; s. Nr. 6226, 6277. Anfang und Schluss fehlen. Über dem Text von einer Hand des 17. Jb.: Copia. Apologia, quam in defensionem sui contra cardinalem s. Petri Nicolaum de Cusa, episcopum Brixinensem, illustris dux Austriae Sigismundus edidit, et ad quendam, ut videtur, cardinalem in curia Romana transmisit, super negotio hostilitatis inter eosdem excitatae et excommunicationis in eundem Sigismundum latae. Sed non integra apparent.

<sup>4)</sup> Verhandlungen am 13. Januar 1458 in Bruneck; s.o. Nr. 5438.

<sup>5)</sup> VI 5.9.5 (Felicis), ed. Friedberg II 1091f.

<sup>6)</sup> Clem. 5.8.1, ed. Friedberg II 1187f.

<sup>7)</sup> S.o. Nr. 5397 (1457 November 12).

<sup>8)</sup> S.o. Nr. 5489 (1458 Februar 6).

<sup>9)</sup> S.o. Nr. 5725 (1458 August 28).

<sup>10)</sup> Zu den Verhandlungen in Mantua Ende November 1459 s.o. Nr. 6052–6055.

<sup>11)</sup> Zu dieser Episode s.o. Nr. 6044 Anm. 5, 6053 Z. 4–6.

<sup>12)</sup> S. den Lebensrevers Htz. Friedrichs IV. von Österreich für B. Georg von Stubai von 1438 Dezember 17, der eine Aufzählung der Burgen und Gerichte enthält; s.o. Nr. 4706 Anm. 15.

querelas meas punitus, constitui gravamina mea, que michi intulit, prosequi in iure et per sentenciam speravi eum convincere posse et tandem efficere, ut penam condignam subiret.

Obtinui itaque a Pio papa fatale de mense januarii de novo ad prosequendum appellacionem meam et gravamina.<sup>13)</sup> Sed quid ipse non expectavit? Tempus michi a papa indulsum ad prosequendum gravamina. <sup>20</sup> Sed more suo censuras et interdictum conatus fuit in territoriis meis publicare ad finem, ut me a patria repelleret. Et domino imperatori scripsit volens eum, quem noverat michi satis contrarium, de meis feudis investire.<sup>14)</sup> Et non obstante, quod ego annum seu fatale ad prosequendum gravamina mea de mense januarii obtinuisse, ipse in Quadragesima, cum presbiteri deberent ecclesiastica sacramenta ministrare, ipse omnes plebanos ad se vocavit, bullam pape Calisti, que tempore vite sue numquam <sup>25</sup> publicata nec ego per eandem requisitus, et que erat penalit et quia non executa, cum morte sua simul mortua fuit, eisdem plebanis legi fecit publice et mandavit, quod nullus curam animarum haberet exercere, nisi observaret interdictum.<sup>15)</sup> Et ita usque ad festa pascalia (*13. April 1460*) inclusive sacerdotes a dominica Judica (*30. März 1460*) retinuit. Et quamvis tempore medio obtulisset eidem cardinali humanissima media concordie<sup>16)</sup>, uti suo tempore relucebit, tamen in sanctissimo tempore suam vindictam et <sup>30</sup> tyrannidem exercere non cessavit. Non solum, quod populo abstulisset curatos suos in eo tempore, quo maxime cura animarum exercetur, sed eciam populo innocentii crisma et oleum benedictum denegavit.<sup>17)</sup>

Et quia per istam bullam mortuam me diffamavit et utique in meam maximam ignominiam dicere voluit me in necem suam multa fecisse, volens meam innocentiam et eum mendacem ostendere et quod eum, eciam si in manibus meis esset, non vellem perdere, armatus ad manus meas personam eius redegii. <sup>35</sup> Et tamen eum, ut veritas reluceret, et ipse mendax esse ab omnibus ipsa rei experientia consiperetur, nec in corpore nec in vita offendi.

Ipse quidem obtulit ecclesiam et omnia castra et bona sua, quamvis prius predicassem pocius mori velle. Sed nolui ea recipere. Unum dumtaxat egi, minus quam sperabam in iure obtinere: Recepit in peccunii sciens enim, quod de iure iniustus censorum fulminator tenetur ad interesse hiis, quos offendit, et quia <sup>40</sup> propter suas iniustas censorum longe maiorem summam exposui, quam sit summa triginta milium florenorum<sup>18)</sup>; idcirco non ‚rapacitate aliqua seu avaricia‘, uti papa scribit<sup>19)</sup>, motus, sed exigente vera equitate et iusticia, dum ipse pocius eligeret mecum concordare quam via iuris decertare, recepi id, quod voluntarie dedit, et longe minus quam dedisset, si recipere voluissem. De hiis receptis nullam estimacionem facio, quia, si certus essem de iusticia contra personam suam et suorum et quod illa michi rotunde <sup>45</sup> ministrare secundum verum rigorem et secundum suos et suorum terribilissimos et inhumanissimos excessus, et non haberetur per sedem apostolicam, que non vult personas cardinalium dehonestari quovismodo, respectus ad persone sue excellenciam, mallem pocius restituere ista triginta milia et videre eum penis debitis castigari.

O alme deus! Qualis ipse fuit tribulator bonorum virorum, qui nullam nec in Romana curia nec alibi de <sup>50</sup> eo habere poterunt iusticiam! Si excessus suos contra canones sacros cum iniustis rebus, signanter cum censorum abusu describi deberet, non modo parva sed maxima volumina iniusticiis et iniquitatibus plena consiperentur. Longum esset ista enarrare, sed spero tempus erit, quo omnia coram generali sinodo publicabimur.<sup>20)</sup> Non credatis, quod hec sint conficta. Ut premittitur, mandata sua sigillata et iniqua et scripture manus sue suo tempore ostendentur, e quibus, qualis fuerit facile, cognoscetur, et <sup>55</sup>

---

<sup>36</sup> experientia: *em.* experigencia.

<sup>13)</sup> Verlängerung der Appellationsfrist; *s.o.* Nr. 6084 (1460 Januar 1).

<sup>14)</sup> Ein solches Schreiben ist nicht erhalten. Es wird auch in Nr. 6342 Z. 24f. erwähnt. Zur Sache vgl. den Supplikentwurf Nr. 5473.

<sup>15)</sup> Zu der Brunecker Synode vom 29./30. März 1460 und der Einschärfung des Interdicts *s.o.* Nr. 6141.

<sup>16)</sup> Durch den herzöglichen Gesandten Parsifal von Annenberg; *s.o.* Nr. 6193 Z. 36-47.

<sup>17)</sup> Bereits in der Osterzeit 1458 hatte die Weigerung des NvK, rebellischen Priestern die heiligen Öle zu übersenden, für Aufruhr gesorgt. *S.o.* Nr. 5579. Für die Osterzeit 1459 fehlen Nachrichten dazu.

<sup>18)</sup> Im päpstlichen Monitorium war von 35.000 fl. die Rede; *s.o.* Nr. 6222 Z. 18.

<sup>19)</sup> Die zitierten Passagen (*s. auch unten Z. 70 und 73*) stammen aus dem Breve Pius' II. an Ks. Friedrich III. vom 13. Mai 1460. Vgl. Nr. 6213 Z. 12.

<sup>20)</sup> Anspielung auf die geplante, aber wohl noch nicht erfolgte Appellation an ein künftiges Konzil. *S.u.* Nr. 6291 (1460 August 13).

constabit omnia ista verissima esse. Ego habui maiorem quam credi possit, pacientiam. Vidi, quod ipse populum michi subiectum sceleratis et diffamatis viris commisit<sup>21)</sup>, qui, qualiter vixerunt, suo tempore ostendetur. De cura animarum nullam habuit sollicitudinem, sed in pompa et inflacione sua plus favit malos quam bonos, ut socius sceleratorum magis dici quam bonorum potuisset. Ipse repperit in diocesi 60 sua Brixinensi populum humilem et obedientem et bene plantatum et valde ad bona opera dispositum, sed ipse destruxit omnem obedienciam per suum censurarum abusum et per hoc, quod malivolos homines populo preposuit gubernatores.

Revera, si libenter observarem interdictum, populus non observaret. Hoc effecit dicti cardinalis inhumanitas, quam cum censuris exercuit. Ipse arbitratur istum modum cum censuris faciendi esse optimum, sed 65 non recordatur modum observari in hiis et omnia fieri debere cum iuris ordine et cause cognoscione, premissis monitoribus et ceteris, ut iura disponunt. Ita omnia ipse contempsit, ut, quomodo ipse sit contemptor censorum et canonum, suo tempore verissime constabat.<sup>22)</sup> Detestabile denique regimen suum, et quomodo dilexit et castris suis de novo prefecit homines adulteros et fornicarios, aperte ostendere volo, sed ne me nimis evagari ab ipsa brevi epikiesacione<sup>23)</sup> contingat, revertar ad id, quod dicit eum 70 ,virum innocentem<sup>.24)</sup>

Sencio ipsum sanctissimum dominum nostrum papam plus quam male informatum, quare expedit suos excessus non silere, qui eo maiores sunt, quo dignitas sua amplior existit et furor ulcionis magis in eum deseire deberet. Dicit enim ,membrum apostolice sedis‘ et sibi ,carissimum<sup>.25)</sup> Membrum huiusmodi abscidendum tamquam putridum aliorumque facile corruptivum<sup>26)</sup>, ymo per hoc membrum, quod 75 in Alamania patravit tot mirabilia, si non, dum est in Italia, aliter compescetur. Sedes apostolica maxima sustinebit incomoda et in eo, quo carior ceteris sanctitati sue existit, facilius ab eo seducetur. Timeo, deus avertat, si papa persuasionibus suis vincetur, ipse magnam senciet adversitatem et Almaniam ipsam contra se miro in modo provocabit.

Dicit me ,violentas manus in eum inieciisse<sup>.27)</sup> Hic, qui hoc sanctitati sue suggestit, falso usus est 80 sermone. Prohibere satis habui meos et compescere vix potui, ne id fieret, fecique acurata diligencia, ut pro honore sedis apostolice evaderet illesus. Si offendere eum violenta manu voluisse, quis me prohibuisset? Quamvis meruisse in mille pecias dividi propter diffamaciones suas, quas non cessavit contra me iniuriouse cottidie proclamare, tamen parcere magis volui dignitati et statui quam contra personam suam vindictam aliquam exercere, sperans ex hoc ab apostolica sede benivolenciam et laudem reportare.

85 Dicit postea papa pocius in me exercere velle ,patris officium quam iudicis<sup>.28)</sup> Si dicere phas esset, sanctitas sua in me officium suspecti iudicis exercere forsan pretendit, qui ab execuzione inicium facit, absolvendo in mei odium a solemniter promissis et per sanctitatis sue oratorem conclusis michi quondam adversarios.<sup>29)</sup> Per hoc eciam breve suum multa dicit me commisso et me Romano cum hiis

---

69 ipsa brevi: *em. ipsius brevis.*

<sup>21)</sup> Gemeint ist vor allem der umstrittene Kommissar und Domherr Konrad Bossinger; s.o. Nr. 5890.

<sup>22)</sup> Der Vorwurf, Cusanus selbst habe die Kirchenstrafen missachtet, könnte auf sein Verhalten im Trierer Bistumsstreit in den 1430er Jahren zurückgehen. Damals vertrat Gregor Heimburg die Gegenseite, der sich nun in herzoglichen Diensten befand und auch für die Argumentation in Nr. 6257 federführend gewesen sein könnte. Vgl. Woelki, Cusanus und das Interdikt 202-204.

<sup>23)</sup> Von ,epikeia‘ bzw. ,equitas‘, die als juristische Figur eigentlich das Abweichen vom Gesetzeswortlaut aus Gründen der Billigkeit meint. Hier schlicht im Sinne von ,Rechtfertigung‘ verwandt. Vgl. M. Kriechbaum, Aequitas in der Legistik des 14. Jahrhunderts, in: M. Armgardt/H. Busche (Hg.), Recht und Billigkeit. Zur Geschichte der Beurteilung ihres Verhältnisses, Tübingen 2021, 113-144. Zur Verwendung bei NvK s. Woelki, Theological Diplomacy 418.

<sup>24)</sup> S.o. Nr. 6213 Z. 9.

<sup>25)</sup> S.o. Nr. 6213 Z. 10.

<sup>26)</sup> Gängiges Bild vom fauligen Glied, zurückgebend auf Job. 16,1-6. Zur Verwendung gegen Hz. Sigismund vgl. unten Nr. 6281 Z. 99.

<sup>27)</sup> S.o. Nr. 6213 Z. 10.

<sup>28)</sup> S.o. Nr. 6213 Z. 16f.

<sup>29)</sup> Pius II. hatte die gegen die Eidgenossen zur Einhaltung des mit Hz. Sigismund vereinbarten Friedens kassiert. Vgl. Nr. 6233 (1460 Juni 1).

defert imperatori.<sup>30)</sup> Cum tamen negotii qualitatem et me nondum audivisset cum huiusmodi litteris examini cause premittunt, quomodo sperare possum equam iusticiam coram huiusmodi iudice me reportare posse? Si sanctitas sua zelum haberet plenum, uti debet, animarum, sine dubio impune huius cardinalis excessus non transiret, qui taliter animas alligare et perdere per censuras iniustas et animarum curam auferre multipliciter conatus est, quod est grande et impiissimum et sanctis canonibus et religionis Christiane pietati contrarium. Hec iniuria suorum subditorum sanctitatem suam permovere et sibi esse communis debuit, sed cum ista ad sanctitatem suam Mantue per viam querele per me devolverentur, nichil ulcionis, nichil officii apostolici, prout tantus excessus requirebat, contra dictum cardinalis exercebatur.

Clerici singularum ecclesiarum lamentari de oppressionibus non audent. Compertum est enim, dum Rome iusticiam requirerent, ibidem per commissiones exorbitantissimas propter dictum cardinalis impediti ad sentenciam diffinitivam nequaquam pervenire potuerunt. Et dum ipse et sui officiales spirituales seu temporales personas gravassent et per gravatos propterea provocaciones seu appellaciones ad sedem apostolicam vel metropolitanam interposite essent notarios appellationem, eciam de Romana curia venientes, ne prosequentur vel execuciones facerent, prohibuit, incarceravit, equis spoliavit et indebita iuramenta extorsit, ne contra eum et suos officiales quicquam eciam in iusticia ficerent.<sup>31)</sup> Hec notoria et palam sunt. Unde sua tyrannica furia spiritualis sine dubio maximam emendacionem et correctionem requirit. Sed que spes superest vel umquam fuit aliquem contra ipsum propter suam apud sanctitatem suam potentiam, eciam si iustissimam causam habuisse, iusticiam habere potuisse? De hoc confusus impune sibi omnia licere putabat. Non curabat quidem canones. Non advertebat, quod per appellacionem, que per papam fuit admissa, per hoc fatale<sup>32)</sup> fuit michi ad prosequendum indultum, negocium pendebat, et tamen ante fatalis lapsum ad gravamina, propter que prius fuit appellatum, se iterum via facti attemptingando interdicti publicacionem se convertit, ut prius scriptum est superius.

Sed propter admiracionem utique venit reiterandum, ut videatur eum attemptasse post appellacionem, que de iure non debuit nec potuit. Et quia non de iure, non potest dici, nisi quod de facto fecit. Hoc pro tanto scribo, ut ostendam eum via facti primum attemptasse. Si remansisset in terminis iuris, de iure gravamina mea et querelas agitassem nec ad viam facti me convertere opus fuisset. Imputet itaque sibi ipsi, si quid preter volitum acciderit.

Si dicit me in penas c. Felicis<sup>33)</sup> incidisse, ostendam contrarium. Videatur istius c. originalis ratio, quo fundatum existit, et ea est, ut cum reverendissimi d. cardinales in negotiis apostolice sedis in alienis locis ambulant, tunc hostiliter eos insequentes ad spoliandum, uti sepe tunc tempore constitutionis factum fuit, huiusmodi pena sunt puniendi. Hic cardinalis in hoc loco non ut cardinalis se gessit, sed fuit in loco episcopatus sui, et tamen noluit episcopalia iura exercere. Ipse tunc debuit pascere animas in sacratissimo tempore, sed voluit perdere et tenuit omnes curatos secum plebanos, ut populus negligeretur. Et timor maximus fuit, quod populus singularum ecclesiarum contra plebanos suos dummodo post festa pascalia reddiissent et tempore sacratissimo sine pastoribus fuissent. Adeo exasperati fuissent, quod nequaquam decimas aut fructus pro eodem anno eisdem ministrassent, sed pocius contra plebanos via facti processissent. Volens itaque tantis malis occurrere, cogebat eo modo facere, ut egi. Magis enim expediebat contra eum rem agitare, per quem tanta iniuria fiebat, ut per hoc furor populi mitigarer, quam expectare in singulis plebis singularem ulcionem. Nemo potest sufficienter explicare, quantum populus contra dictum cardinalis sit exasperatus. Si mitteret sanctissimus dominus noster legatum apostolicum ad examinandum facta et gesta dicti cardinalis, non diceret penas c. Felicis in hoc casu locum habere, sed eum ad perpetuo carcere detendendum esse.

Si wlt papa executor esse canonum, incipiat ab eo, qui prior deliquit, et facta examinet et reperiet, quis arcus puniendus existat. Sine dubio, si sanctissimus dominus noster de rei veritate esset bene informatus, ad declaraciones quarumcumque penarum minime procederet. Curate itaque, reverendissime pater,

92 transiret: *em.* transient. 93 et<sup>2</sup>: *em.* est. 100 Et – 105 Unde: *mit Zeichen unter dem Text eingefügt.*  
102 eciam – 103 venientes: *links a.R. eingefügt.* 125 contra: *ü.d.Z.*

<sup>30)</sup> *S.o.* Nr. 6213 (1460 Mai 13).

<sup>31)</sup> *Vgl. die Klagen des Andreas Mack; s.o.* Nr. 5713.

<sup>32)</sup> *S.o.* Nr. 6084 (1460 Januar 1).

<sup>33)</sup> *VI 5,9,5 (Felicis), ed. Friedberg II 1091f.*

<sup>135</sup> sanctitatem suam informare, ut non precipitet factum. Audiat me sufficienter et plene et examinet cuncta per cardinalem et me gesta. Tunc sciet moderari sentenciam, et iusticiam affectioni anteponet (...)